

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad. II. partis Quæst. I. Additio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ad. II. partis Quæst. I. Additio.

E Piscopum in quovis loco sua Diœcesis posse Tribunal erigere & jus reddere, a deo verum est, ut quamvis unus idemque sit Episcopus duarum Diœcесium invicem unitarum, possit nihilominus Tribunal tenere in una earum, ubi volunt, quidquid sit in duabus Diœcесibus penitus separatis. *Rota decif. 418. p. 108.* *Cavaliero. Et in recent. decif. 537. par. 4. tom. 3.* E converso in locis exemptis Ordinarius non erigit Tribunal, etiam in acta visitationis eorundem locorum exemptorum alias permisæ à sacro Concilio Tridentino, nec enim potest tunc processus judiciales conferre, causasque ordinarias cognoscere & definire. *Fignan, in cap. dilectus num. 26. & 27. de re scriptis.*

D E C I S I O N E L X V I .

Episcopus ubi jus reddere teneatur, & in specie ubi debeat cognoscere causas Capitularium, & quid in casu quo Diœcesis est ampla, vel si sint duas Diœcесes invicem unitæ.

R. P. D. REMBOLDO.

Calciaten. Jurisdictionis.

Est in recent.
deciso 537.
par. 4. tom. 3.

Veneris 10. Maii 1624.

S U M M A R I U M .

1. Episcopus in quacunque parte sua Diœcesis potest exercere jurisdictionem.
2. Episcopus debet jus reddere in loco honesto & more Majorum.
3. Episcopus non debet judicare extra Territorium suum, & num. 4.
4. Episcopi maiestas in judicando quando salva non efficit. 6 Episco-

Pp 3